



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Decimæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

D E B I T O R speciei, nempe huius e qui,  
aut vestium, regulariter excusatur illius  
speciei peremptione, si absque dolo, fraude,  
& culpa, & ante moram periit. & etiam  
post moram saltem in foro conscientia, si  
sciretur, quod perinde peritura erat apud  
creditorem: secus si constaret vel dubita-  
retur, quod ante quam res periisset, Domini-  
nus vendidisset, vel ea fuisset usus. cap.<sup>17.</sup>  
num. 80. tit.

D E B I T U M Coniugale. vide Matr. 13,

### DECIMÆ.

A D E C I M A quoad quotam est iuris hu-  
mani: quoad substantiationem mini-  
strorum est iuris diuini. cap. 21. num. 18.  
Vnde quoad illam potest tolli consuetudi-  
ne, non tamen quoad hanc. Imò aliquando  
soluendum est plusquam decima pars, si ne-  
cessarium sit ad substantiationem ministro-  
rum. num. 30.

B Decima triplex est, prædialis, personalis,  
& mixta. num. 29,  
Decimæ personales, ubi est legitima con-  
suetudo non soluendi, non debentur, qualis  
est fere in tota Ecclesia, exceptis famu-  
lorum salariis in aliquibus regionibus  
Hispaniæ. num. 31.

Decima

Decima personalis non est debita iure. C  
diuino, prædialis verò, & mixta sic, Ibidem.

In decimis personalibus deducuntur ex-  
pensæ, ut solum lucrum decimetur: in præ-  
dialibus verò & mixtis non deducuntur.  
Vnde peccat, qui priusquam soluat decimas  
deducit impensas sationis, vel collectionis  
fructuum semen satum, vel pensionem so-  
lutam Domino prædij. Ibidem.

Si Papa iuberet soluere decimam incon- D  
suetam, mandatum esset iniustum, & ab eo  
supplicari posset. num. 30.

De lucro illico restitutioni obnoxio  
non est soluenda decima personalis: de alio  
autem sic, dummodo non sit acquisitum  
per notorium peccatum. num. 31.

Peccat qui decimat peiorem partem, quia  
debetur mediocris. Item qui soluit omnes  
decimas debitas sed non ubi, & quando vel  
quibus debet. num. 31.32.

Subtrahentes vel impudentes decimas E  
sunt excommunicandi, nec sunt absoluendi,  
antequam satisfaciant, nisi excusentur per  
impotentiam, vel condonationem factam  
ab eo cui debentur, vel per alias causas con-  
currentes, sicut si esset talis pœnitens, & ta-  
les circumstantiae temporis loci, & causæ,  
ut confessarius solo restituendi proposito  
contentus esse debeat. c. 21. n. 32. c. 17. n. 59.  
Peccat

Peccat qui primitias iure, vel consue-tudine legitima debitas, non soluit; ubi, quando, & quibus debet. cap. 21. num. 32.

---

DEFENSIO,  
& defensor.

PECCAT, qui cùm possit, non defendit inuasum ab inimicis. Quòd si sit persona publica, tenetur armata manu defendere. cap. 15. num. 14.

Reges, & Superiores lege iustitiae tenentur defendere se, & subditos, & è contraria subditi suos superiores: Patres etiam, tutores, heri, pedagogi, parochi, custodes, & similares, &c è contra. cap. 24. num. 18.

Defendere vitam proximi tenemur cum damno diuitiarum, honoris, pudoris, &c excepto periculo vitae. Non tamen tenemur defendere proximi bona inferioris ordinis cum detimento proprietorum altioris. n. 18.

Qui non defendit alium, cùm possit com-mode, censetur consentire: secus, si non possit com-mode. Sed non omnis, qui iure prasumitur consentire, praesumitur iniurians auxiliari. num. 18. 19.

Dign

